

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 182. Ne venialia quidem absque perfecta vel imperfecta contritione
remitti queunt, sive per Sacra menta, sive per Sacra mentalia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

legitimè confessorum , sive peccati in confessione oblixi : sic nova sic requiratur confessio , ut non requiratur nova seu distincta contritio , sed eadem contritio duplici forma perinde subiici queat , ac idem ei subiici queat peccatum . Perinde etiam , ut eadem probatio duplici sententia perinde subiici potest , sicut eadem causa , dummodo nova fiat illius propositio , reique subiectio .

555 In aliis quidem Sacramentis eadem materia proxima , v. g. eadem absolutio , unicío , &c. diversis formis subfervire nequit . Sed hoc idē , quia impossibile est , quod eadem absolutio , unicío , &c. semel exhibita , rursum postea exhibeat : utpote actus transiens , nec moraliter perseverans , postquam transiit . Contritio vero moraliter perseverat , etiam postquam physicè transiit . Nec potest tandem præcedere formam in aliis Sacramentis , sicut contritio præcedere potest absolutionem in Sacramento Pœnitentia .

556 Et vide quid sequeretur , nisi vera foret assertio nostra . Sequeretur enim quod infirmis , post absolutionem , recordatus peccati mortalium non confessi , tametu Confessariū revocaret , dicens , se velle & debere confiteri , si antequam novum conciperet dolorem , rationis uſu privatus , cum concipere non posset , absolvī non posset . Quod videtur inconveniens .

Ad tertium respondeo cum Card. de Lugo , Reginaldo Ralleo , &c. non esse necessarium , quod intentio suscipie di Sacramentum , vel confitendi , sit causa movens ad dolorem , vel quod dolor ad confessionem dirigatur per intentionem dittinētam à proposito servandi mandata , seu faciendo quae necessaria sunt ad reconciliationem cum Deo . Tum quia in hac intentione confitendi voluntas continetur . Tum quia sufficit quod dolor ad Sacramentum referatur postquam conceptus est , tametu dum conciperetur , non occurrit memoria Sacramenti . Sufficit (inquam) quod dolor ante conceptum , nec retractato , pœnitentis utatur ad suscipiendum Sacramentum . Sufficit namque dolor cum spe veniae & voto praestandi reliqua . Nec amplius requirit Tridentinum scilicet 14. c. 4. ubi explicans conditiones doloris , cum Sacramento requisiuit , nihil infinitas de alia intentione , quam proximè dicit .

557 Ad quartum respondeo 1º. dolorem semel conceptum retractari per subsequentem lapsum in mortale peccatum . Ut pote per quem retractatur odium & detestatio peccati , voluntasque amplius non peccandi .

558 Respondeo 2º. per lapsum subsequentem in aliquod veniale , non retractari dolorem de aliis venialibus , nec de mortalibus . Quia odium & detestatio mortalium , voluntasque amplius ea non committendi , stat cum voluntate committendi aliquod veniale . Sicut & dolor de uno veniali , cum non dolore , in modo cum affectu aliorum venialium . Neque enim legitimus de venialibus dolor necessariò se extendere debet ad omnia venialia , & quamvis dolor de mortalibus , ut legitimus sit , ad omnia mortalia se extendere debet , non ramen ad omnia venialia . Dolor autem conceptus de aliis venialibus tandem permanere censetur (saltem habitualiter , quod in presenti sufficit) quamdiu expressè non retractatur , nec in ea quis relabitur .

C A P U T C L X X X I I .

Ne venialia quidem abesse perfetta vel imperfecta contritione remitti queant , sive per Sacramenta , sive per Sacramentalia .

559 Primo quia ut Augustinus dicit epist. 48. ne quicquam patet à quocunque sive magno , sive parvo peccato , ad correctionem sine pœnitentia transire posse .

2º. ut peccator , sive magnus , sive parvus , delicti veniam consequatur , voluntatem malam , Deoque injuriosam retractare debet per penitentiam . Quia in Sacramento (ut pars eius) formalis est contritio . Extra Sacramentum , dum peccata memoria non occurunt , et si non necessariò est contritio formalis , saitem necessariò est contritio virtualis , quia Deo quis sic afficitur , ut si memoria venialia occurrent , ea propter Deum defitescerent .

Ad hoc porr̄ ut contritio sufficiat ad remissionem venialium aliquorum , sufficere non debet ad remissionem omnium . Ad hoc etiam ut contritio sufficiat ad consequendam veniam omnium mortalium , eo ipso sufficere non debet ad remissionem venialium . Cum eo ipso non sit retractatio affectuā ad venialia , quo retractatio est affectuā ad mortalia .

Nec contrarium probat axiomā : *qui potest pluri , potest & minus* . Ut pote quod procedit de minori contento in illo majori ; secus si in eo nec formaliter , nec virtualiter contingat (neque enim potest docere Theologiam) contritio autem venialium , nec formaliter , nec virtualiter contingat in contritione mortalium : cùm mortalium omnium non raro sit contritio , quæ ne quidem sit virtualis contritio venialium .

Ex dictis collige , cum qui venialia constitut , de iis habere debere contritionem , cum propositum emendationis ; non quidem extendeat se ad emendationem omnium collectivè , sed omnium distributivè , seu singulorum . Tametsi enim contritio mortalium esse debet cum proposito vitandi omnia , tam collectivè , quam distributivè , non sic est de venialibus . Cum humanæ vite infirmitas hoc non patiatur . Ut enim S. Thom. ait p. q. 87. a. 1. ad 1. homo in gratia confititum , potest vitare omnia mortalia , & singula . Potest etiam vitare singula venialia ; ea non omnia . Unde patet difficulter non esse de venialibus contritionem , sicut de mortalibus . Neque ex frequenti relapsu in venialia tam facile presumi deficitum contritionis , quam ex frequenti relapsu in mortalibus . Quod enim in confessione venialia frequenter quis relabatur , provenit ex impossibilitate vitandi omnia . Ob quod proximè dixi non esse necessarium propositum vitandi omnia , sed propositum vitandi singula , cui venialia confitens addere debet propositum majori studio vigilandi ad eorum diminutionem . Ad quam vigilantiam , secundum conatum Christiani omnes , ac prelertim Religiosi tenent (vigilatio feri & sincerè tendunt ad perfectionem , proficiendique in via virtutis : in qua non proficeret . Juxta sanctos Patres deficere est) neque enim ad maiorem in dies profectum feri & sincerè entinent , qui peccata venialia , tamquam spiritualis profectu impedimenta , minuerit feri & sincerè non satagunt .

Ceterum si sola quis venialia sine ullo confiteatur dovere , & sine ullo emendationis proposito , mortali le crimine oblitigat . Quia per hoc causa est irriti Sacramenti . Quod enim Philippus Faber , Professor Patavinus , ait , irritationem Sacramenti in re levii , solum esse veniale peccatum , admittit non potest . Quia Sacramentum reddere totaliter iritum & infructuosum , sive per indispositionem materie gravis , sive per indispositionem materia levii , non esse non potest irreverentia gravis . Quemadmodum non esse non potest injuria gravis , totalis occisio hominis , sive enfe , sive acu fiat . Aliud est , si quatuor dumtaxat venialia quis confiteretur , cum dolore sic se extendeat ad tria , ut affectus remaneret ad quartum . Tunc enim Sacramentum non efficieretur totaliter irritum & infructuosum . Et quod equidem subiiceretur materia supra

sepra quam validè & fructuose cadere absolutione.
Nec cum venialibus contritus unum confitens non
contritum, magis reus est peccati mortalitatis, quām
aqua naturali in baptismino adjiciens guttulam olei;
vel commissis venialibus mendaciter superaddens
veniale non communis. Quem communis sen-
tentia Doctrorum solum accusat peccati venialis.

²²⁶⁵ Nec retiri quod peccati mortalis reus sit, qui
inter formulæ triticas consecrandam. Sacerdoti
offert unicam hordeaceam. Hoc enim id est,
quia per hoc totaliter iritum reddit unum totale
Sacramentum: utpote quod in plurimorum formu-
larum consecratione totuplex est (salem in ratio-
ne cibi spiritualis) quotuplex pams, qui consecra-
tur. Quod minime contingit in absolutione ve-
nialium: neque enim totuplex est Sacramentum,
quotuplex absolvitur veniale peccatum.

C A P U T CLXXXIII.

*Nec in altero quidem saeculo, venialia absque
Contritione remittuntur.*

²²⁶⁶ **V**enialia post hanc vitam subinde remitti, Scrip-
tura, & Patres passim omnes, omnes item
Doctores tradunt, ita ut proflus singularis sit
opinio cuiusdam Recentioris de poenit. disp. 3.
num. 63. & seqq. aientis, venialia post hanc vi-
tam nunquam remitti, nec unquam contingere,
quod quis è vivis excedat cum polo veniali. Quia
hoc ipso mortaliter peccare censet cum, qui de
veniali ante mortem non penitit. Quia salutem,
inquit, suam hoc ipso contemnit.

²²⁶⁷ **S**iquis ab ipso scitetur, quid in easu quo ju-
fus violentia morte & improvisa moriatur, vel
rationis ufo statim post communis veniale pri-
vatus, in illa privatione è vivis eripiat? Respon-
det, casum non cadere sub praesentem Dei pro-
videntiam, quam dicit teneri ad id impedien-
dum.

²²⁶⁸ **H**anc opinionem proflus singularis, merito
dixi. Tamen si enim non defuerit, qui tempore D.
Bonaventura dixit, cum mortaliter peccare, qui
cum impenitentia de venialibus decedit, prout
Seraphicus Doctor refert in 4. diff. 21. a. 1. q. 2.
sumil tamen admisit casum, quo quis propter usum
liberi arbitris decedat, tuncque posuit, quod pec-
cata venialia, post hanc vitam, delentur per gra-
tiam, cum detestatione voluntaria, ut ibidem vi-
dere est.

²²⁶⁹ **C**ontra singularem itaque opinionem illam mi-
litant Scriptura, Patresque & Doctores omnes.
Quod enim venialia post hanc vitam quandoque
remittantur, Scriptura docet Matth. 12. Qui di-
seris blasphemiam contra Spiritum sanctum, non
remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro.
In qua sententia datur intelligi (an Gregorius
Magnus 1. 4. Dialog. c. 39.) quasdam culpas in
hoc saeculo; quasdam vero in altero saeculo posse re-
laxari. Neque enim de quibusdam veraciter dic-
retur quod non eis remittatur, neque in hoc sae-
culo, neque in futuro (inquit Augustinus 21. Ci-
vit. 24.) nisi essent, quibus, eti non in ipso, ta-
men remitteretur in futuro. Ita etiam ex textu il-
lo Evangelico arguit Iudorus, V. Beda, Ber-
nardus, & passim alii Patres, à quorum animi
fensi, in sacra Scripturae expositione, recedere
prohibent Concilia, Constantinopolitanum VI.
cap. 19. & Tridentinum scilicet.

²²⁷⁰ **N**ec sanctos illos Patres Recentior ille legitime
exponit, de remissione in altero saeculo quoad
poenam, non quoad culpam. Tum quia nulla
propriè fit poena remissio in altero saeculo. Tum
quia remissionem culpæ, non solius poenæ, San-
ctorum illorum verba exprimunt. Sicque eos S.
Thomas intellexit q. 7. de malo a. 11. ubi expref-
sè concepit, quod idem Recentior singulariter

Tom. III.

negat, contingere scilicet casum, quo quis in fo-
lis moritur venialibus: *Quandoque contingit quod
aliqui in ipsis actibus peccatorum venialium, vel
in propria venialiter peccandi, occupentur som-
no, vel aliquā passione auferente usum rationis.*
*Quibus (sic morientibus) manifestum est quod in
hac vita peccata venialia non dimittuntur. Et ta-
men propriè non impediuntur perpetuā à vita e-
terna; ad quam nullo modo perveniant, nisi immu-
nes ab omni culpa effecti.* Et ideo oportet dicere,
quod remittuntur eis post hanc vitam, etiam quan-
tum ad culpam, eo modo quo remittuntur in hac
vita, scilicet per actum charitatis in Deum, re-
pugnantem venialibus in hac vita commissis. *Quia*
tamen post hanc vitam non est status merendi, ille
*dilectionis motus, in eis solis quidem impedi-
mentum venialis culpa; non tamen meretur absolu-
tum, vel diminutionem pœnae, sicut in hac vita.*
Non meretur etiam infractionem novam gratiae. Ob
candem rationem.

Nec vero id necesse est ad remissionem venia-
lium: utpote quorum macula non consistit in
privatione gratiae sanctificantis. In hac tamen vi-
ta absque gratia infusione nunquam remittuntur.
Quia vel remittuntur in Sacramento; & tunc
certa est infinita gratia per virtutem Sacramenti.
Vel extra Sacramentum, per aliquem actum me-
ritorium; & tunc vel ille, cui remittuntur, est
iustus, vel non? Si iustus, per omnem actum
meritorium suum acquirit gratia augmentum. Si
non est iustus, sed peccator, venialia ipsi non re-
mittuntur, nisi simul cum mortalibus. Hæc autem
non remittuntur, nisi per gratia infusionem.

Ex his r. sponte ruunt, quæ Scriptor ille al-
legat pro sua illa singulari opinione. 2. o. patet
quod infundata sit affecta ab ipso obligatio sub
mortali eliciendi contritionem de venialibus ante
mortem, quam Beccanus severiorem; Tannerus
aperie saltam; Nugnus appellat errorem in fide.
Ego (à Cenfusis ablinens) solum pronuntio nul-
la ratione vel autoritate fucollatam. Neque e-
nim homo, in mortis articulo, sine beatitudinis
suis contemptu, minus retinere potest affectum
ad veniale peccatum; quām cum retinere possit
in articulo fucceptionis Sacramenti, sine contemp-
tu Sacramenti.

Nec minus infundatam censeo obligationem,
quæ divisa providentia teneatur impetrare, ne
quis (statim post veniale) per violentam causa-
rum liberatur, vel naturalem actionem cauarum
naturalium, factus simens, vel phreneticus, vel
alter rationis ufo privatius, in caprivatione (demp-
to fibi capite, vel transfixo corde) statim mori-
atur. Quia nullā etiam ratione vel autoritate ob-
ligatio ista fulcitur. Eam proinde affercere, est
absque ratione & autoritate miracula quotidiana
fingere, sine quibus impeditri nequit quotidiana
illa cauarum secundarum efficiencia.

Dicendum itaque venialia in altero saeculo re-
mitti per actum charitatis, seu contritionis inde
procedentis, quem iustus in solo veniali peccato
decendens, elicit statim post egressum anima è
corpo. Nec difficulter elicit anima iusti, quæ
a corpore vinculis exoluta, vehementissimo amoris
impetu statim fertur in Deum, longè perfe-
ctius tunc à se cognitum, quām in vita.

Nec tamen per actum illum amoris, seu con-
tritionis, meretur seu gratia infusionem, seu po-
ne remissionem, vel dimissionem, ut antè di-
xi. Nec proinde in eo quidquam est contra Scrip-
tas, Concilia & Patres; ex quibus habemus qui-
dem, in altera vita locum non esse penitentias,
quā status hominis mutetur de malo in bonum,
vel homo mutetur quantum ad fiem, vel quan-
tum ad charitatem, vel gratiam (inquit S. Tho-
mas loco citato ad 3.) manet quippe homo in

Aaaa